S

BURNDY
LIBRARY
Chartered in 1941

GIFT OF
BERN DIBNER

LA SPHERE ARTIFICIELLE,

Ellevée sur l'Horison à la Latitude de Paris.



A PARIS Chez Crepy rue S. Jacques a l'Image de S. Pierre.

H. van Loon fec

PHYSICæ SPECIALis

1289. Tres erunt Lectiones. prima sub titulo — Cosmographia, erit mundi descriptio.

2ª sub titulo Astronomia physica, exponet et systematice tum optica tum mechanica globorum Celestium.

3ª sub titulo Geologia, de præcipuis terrestrium Corporum generib. et proprietatib. disseret.

Lectio 1.ª
Cosmographia.

1290. Mundus duab. partib. constat, Cœlo et terra, itaq. ad ejus notitiam pertinet explicatio Cœlestis Sphæræ et globi terraquei.

Sectio 1.ª
De Sphærâ Cœlesti.

1291. ad Cœlestes motus utcunq. imitandos ab—

Archimede, si Claudiano Credatur, alii ó opinantib, à Thalete Milesio, primum excogitatum è machinamentum cum nomine Armillaris, quia Circulis veluti armillis instructa. Hos Scil Circulis totid fingunto in ipsa mundi Sphæra ponderes.

1292. intra decem Circulos, ex quib Conjunctim sex majores sunt et Sphæram in duas partes æquales dividunt; quatuor ám qui inæqualiter dividunt Sphæram, minores dicuntur.

1293. majores sunt horizon, meridianus, æquator, — Zodiacus, Colurus æquinoctiorum et Colurus Solstitiorum. minores sunt duo tropici, Cancri et Capricorni, duo etiam polares.

1294. alia sunt innumera cognoscenda; lineæ et puncta.

Lineæ sunt axis mundi et axes variorum Circulorum. axis mundi dicitur linea circa quam volvitur Sphæra Cœliq ões intelliguntur converti.... axes aliorum Circulorum sunt diametri ppdiculariter ducta ad planum et per centrum cujusq Circuli. in Sphærâ ó delineanto, sed — concipiendo relinquuntur imaginaóni.

1295. Præcipua puncta sunt primò Sphæræ centrum in quo supponitur terra, quia, judice oculo, circa terram tanquam centrum sydera ória converti opinamur. 2.º poli, seu extrema puncta axem quamq utrinq terminantia. — mundi poli sunt igitur extremitates axis circa quam videtur Sphæra volari; unus nobis spes conspicuus vocatur Arcticus, quia è propè constellaónem Ursæ, quam — Græci Arctos nuncupabant; alter dicitur Antarcticus quem nunquam videmus. 3.º duo puncta verticalia, quorum unum vertici nostro directè imminens ab Arabib — appellatur Zenith, alterum oino oppositum, cujus sub pedib, dicitur Nadir. 4.º puncta in æquatore veri — ortus et occasus nuncupata simpliciter oriens et

MSS 832 B
RB NMAH

Occidens sunt ubi orto et occidit sol æquinoctiorum tyrone, id ē, initio veris et autumni.... duo ultima puncta cum duob' polis sunt quatuor puncta Cardinalia in Geographicis Chartis antè ōia sedulo Cognoscenda.

Paragraphus 1.us

De Majorib' Sphæra Circulis.

1296. Horizon, latinè finitor, inæqualia duo hemisphæria, sphæram dividit, superius unum, alterum respectu nostri inferius. Hemisphærium superius ē pars Cœli, quæ à nobis conspicitur: inferius ē pars opposita, quæ telluris ipsius opacitatem oculos nostros fugit.

1297. Horizon duplex: alter verus, vāonalis aut astronomicus; alter apparens et sensibilis.

1298. Horizon vāonalis, sic dictus quia vāone sola cognoscitur, circulus ē qui transiret per centrum terræ, et cœlo sphæram divideret in duas partes æquales.

1299. Horizon sensibilis partem mundi visibilem à latente dispernit, et ē planum terraquæum orbem tangens. Apparens itaq' horizon à vāonali distat terræ radio, quod' distantia insensibilis ē respectu sydorum ob immensam eorum à terrâ longinquitatem. Hinc horizon alterutrus relativè ad stellas absq' errore sensibili pūnt promiscue sumi.

1300. Duo horizontis poli sunt zenith et nadir; unde sequitur moveri ō pe hōem supra terræ superficiem, quin horizon tum sensibilis tum vāonalis in utrolo relativè adviatorem.

1301. hi sunt horizontis usus: primò inservit ad indicandum solis aliorumq; syderum ortum et occasum; sol nimirum et sidera dicuntur oriri et occidere, quando supra horizontem ascendunt aut infra descendunt.

2.º inservit horizon ad determinandas artificialium dierum noctiumq; diuturnitates, dici enim artificialis ortinatio durão ex tpore quo sol circulatio supra horizontem; noctium aũ diuturnitas ex tpore quo infra horizontem peregrinatio sol.

3.º horizon inservit ad cognoscendam poli altitudinem determinandarq; varias sphaerae positiones.

Meridianus.

1302. sic dictus, quia cum sol eum attigit meridies ẽ populis qui sub ipso versantur in superiori hemisphaerio et media nox populis qui sub eod. circulo commorantur in hemisphaerio inferiori, magnus ẽ circulus qui dividit sphaeram in duas partes aequales, orientalem unam, alteram occidentalem. transit per sphaerae polos et per polos horizontis, zenith et nadir.

Duo meridiani poli sunt puncta veri ortus et veri occasus solis.

inservit quotidiè ad indicandam maximam solis altitudinem supra horizontem.

Varii sunt meridiani ab occasu in ortum progrediendo. hõ scil. qui ab occasu ad ortum tenderet, spes novos et novos meridianos haberet: ẽ ita ũ. si ab uno terra polo ad alterum iter dirigeret, ut, assumptâ sphaerâ, facilè intelligeto. itaq; meridiani sunt eorum locorum versantur diversi, qui orientales magis minusve regiones incolunt: atq; hinc longitudines terrestres. longitudo nimirum alicujus terra loci ẽ ejusd. distantia ab aliquo primo meridiano ab occasu in ortum progrediendo. primus

DSI

meridianus, regnante Ludovico 13.°, à Gallis repositus è in insula ferri dicta Canariae maximè occidentali. nunc Galli suum primum meridianum eum dicunt qui per Lutetiam transit.

Meridianus ut alius quilibet circulus, divisus concipitur in 360 partes aequales à primo scil. meridiano versus ortum procedendo et facto circuitu redeundo ad primum hunc meridianum. itaq. Civitates, quarum longitudines diversae sunt, numquam eandem horam numerant; sed ea sunt magis orientales citius meridiem, et eâdem aliam quamlibet horam dicunt quam qui sunt magis occidentales. Et cum Sol pervenit ad meridianum alicujus loci, ibi meridies è; sed Sol citius venit ad meridianum loci magis orientalis, unde populi magis orientales citius meridiem horamq. aliam habere debent quam incolae magis occidentales.

Sol cum diurno motu videtur circulum absolvere circa terram 24 horis; eâdem, singulis horis, quindecim gradus sui circuli percurrit, quia $\frac{360}{24} = 15$; et inde manifestum è cuiq. horae respondere quindecim gradus meridiani.

quamobrem cum Cadomi meridies è, jam è hora prima post meridiem eorum respectu qui quindecim gradibus magis orientales sunt; 2.ª post meridiem apud populos 30.° gradibus orientaliores. Contra cum meridies è Cadomi è tantum hora 11.ª matutina apud populos quindecim gradibus occidentaliores.

hinc facilis sequentis problematis solutio.

Problema.

1303. Datâ horâ in aliquo terrae loco, dicere quota sit in alio: v.g. si Lutetiae meridies sit, dicere quota sit hora Rotomagi, Cadomi, &c...

Solutio.

1.° Ærendum è discrimen longitudinum Lutetiæ et loci suppositi. Æstimato hoc longitudo per arcum æquatoris aut circuli æquatori parallelli comprehensum inter primum meridianum et meridianum loci suppositi.

2.° gradus differentiæ longitudinum seu meridianorum vertendi sunt in horas et minuta horæ; quod quid — principium erit, sibi in mente revocando quindecim gradus respondere uni horæ, adeoq gradum unum quatuor horæ minutis respondere. Hoc posito, si duarum urbium differentia longitudinis sit trigenta graduum, discrimen — meridianorum duarum urbium duarum erit horarum: si longitudinis differentia sit duorum graduum, discrimen meridii erit octo horæ minutorum.

3.° urbs data vel è magis vel minus orientali quam Lutetia. Si 1.um, differentia horarum et minutorum addi debet horæ, è Lutetiæ numerato, et summa dabit horam oritam in urbe suppositâ: si 2.um: differentia horarum et minutorum distrahi debet ex horâ parisiis suppositâ. residuum indicabit horam in urbe suppositâ. hæc ex dictis satis perspicua sunt.

itaq ut problema pro Rotomago solvatur, 1.° ærendum è longitudinis discrimen Rotomagum inter et Lutetiam: minus è gradus et quindecim minutorum versus occasum. 2.° cum gradus unus respondeat quatuor minutis horæ, et quindecim gradus minuta uni horæ minuto, differentia longitudinis utriusq loci è quinque horæ minutorum. 3.° quia occidentalis è differentia, detrahi debet ex horâ Lutetiæ meridianæ; remanebit hora undecima matutina cum quinquaginta quinq minutis. q cum Lutetiæ meridiesè, Rotomagi undecima tantum habebit hora matutina cum quinquaginta quinq minutis.

Ead ē methodus solvendi problematis pro — Cadomo.

Corollarium.

130 h. Ex dictis facilè intelligitur quomodo in eâd hebdomadâ sint tres Jovis Dies haberi.

Ex eod loco scit proficiscantur duo viatores, tendat q̃ unus ad ortum, ad occasum ālter. quoties prior quindecim conficerit gradus, solem videbit una hora citius — orientem. itaq̃ confectis 180 gradib' erit meridies illius vesperis, nox ām media antecedentis diei in discessu loco; adeoq̃ si circuitum absolvat, peragratis 360° videbunde ad locum unde discessit, uno die integro antevertet incolas hujus regionis Jovisq̃ diem habebit, illi ām diem Mercurii. in eâd q̃ hebdomadâ jam duo erunt dies Jovis. viator è contrâ, quivorsus occasus occasum peregrinatus, singulis quindecim gradib' solem unâ horâ tardius occidentem videbit quam incolæ loci unde discessit, et cum pervenerit ad centesimum octogesimum gradum, ipsi tantum meridies erit, cum ipsis jam erit media nox sequentis diei, cumq̃ 360° Jovis nominabit diem quem dicent alii diem veneris. unâ q̃ hebdomadâ tres erunt dies Jovis.

Annotatio.

130 §. Diximus meridianum in 360 gradus dividi, sed variorum meridianorum gradus inter se ō æquales — sunt. decrescunt nimirum quâ q̃ portione fit progressus ab æquatore versus polos. sub æquatore unus longitudinis gradus 25 leucis communib' respondet; leuca am continet 2500 passus Geometricos. in trigesimo gradu quindecim leucis, duodecim leucis in sexagesimo, in septuagesimo novem leucis, quinq̃ leucis in octogesimo; in nonagesimo tandē, idē sub polis nulla superest longitudo.

1306. De terrestrib tantum longitudinib diximus; aliter Cæl Celestes æstimandæ sunt, nempe ex distantia à primo Arietis gradu.

Æquator.

1307. Circulus, qui per puncta veri ortus et occasus transiens Sphæram dividit in æqualia duo hemisphæria, meridionale unum, alterum Septentrionale.

Æquatoris poli et axis sunt axis et poli mundi.

Æquator dicitur æquinoctialis, aut æquidialis, quia Sol in eo bis Constitutus per annum, veris nimirum initio circa vigesimum primum Martii, et initio autumni circa vigesimum tertium Septembris, diem nocti æqualem ubiq terrarum facit.

Duo igitur æquinoctia sunt, Vernum, cum Sol proje arietem versatur; et autumnale in primo Circiter gradu libræ, neq mira è hac dierum noctiumq æqualitas, quia sedes secant æquator et horizon in duas partes æquales, unde neque è ut una æquatoris medietas sit Constantes in hemisphæria superiori, et altera in hemisphæria inferiori pro orb locis intercentiumq polum existentib; hinc Sol æquatorem describens per dimidium tpus diurnæ suæ revolutionis supra horizontem moveto, reliquo aut tpore infra horizontem delitescit.

inservit insuper æquator ad indicandas latitudines terrestres.

nempe terrestris latitudo è distantia loci dati ab æquatore versus alterutrum polum; memorato arcu meridiani inter æquatorem et datum locum comprehenso. itaq si distet locus ab æquatore quinq vel decem gradib, habere dicitur quinq vel decem latitudinis gradus.

Duplex è latitudo, nempe meridionalis et Septentrionalis.

Meridionalis dicitur si locus æquatorem inter et Antarcticum polum subjacet; Septentrionalis, si æquatorem inter polumque Arcticum constituatur locus. — eam ob rem Lutetia habere dicitur latitudinis septentrionalis gradus 48, 50', 10".

Latitudo et poli elevatio supra horizontem id significant, quia quo propiores ab æquatore versus alterutrum polum accedimus, eo propiores ille respectu nostri supra horizontem attollitur.

Latitudo quam maxima è 90 graduum, quia maxima æquatoris ab utroque polo distantia è totidem graduum. unus cum latitudinis gradus respondet viginti quinque leucis communib; nec ôes gradus inter se sunt æquales. Sunt majores versus polos, minores versus æquatorem, ut parisientium Academicorum constat observationib, ex quib patet terram ô accuratam ée sphæram, sed sphæroidem versus polos complanatam. Si ô illi gradus ut æquales considerentur, et ita considerari possunt, quia inter se ô multum differunt, terra habebitur circuitus multiplicando 360° per 25 leucas, productum erit 9000 leucarum.

Ortinatio Cælestis latitudo ex distantia ab Ecliptica versus Ecliptica polos.

Zodiacus et Ecliptica.

1308. Zodiacus sic dictus à Græca voce ô significat-ôal, quia in varia signa aut constellationes distributus, ô plurima nomen habent à diversis ôalib, circulus é qui æquatorem in Ariete et Libra obliquè secat.

Cæterùm sphæra circuli absque latitudine concipiuntur, sed zodiaco tributus sexdecim graduum latitudo, quia inservit ad ortinandum motum ipsum planetarum.

ò ões Scil. Sub ead. zodiaci linea movente, sed altis magis minus alii deflectunt à mediâ zodiaci linea ò Ecliptica nuncupata: nunquam tamen ex alterutra parte ultra octo gradus.

Ecliptica igitur, in quâ Sol annua Conversione, ab occasu in ortum Constanter progredi videtur, è Circulus Zodiaci latitudinem aequaliter bipartiens. nominatur Ecliptica, quia Sol et Luna Eclipses ò patiuntur nisi quando Sunt precisè in plano istius Circuli, vel ad idem planum proximè accesserunt.

Ecliptica et zodiacus ab aequatore distant hinc et indè 23°, 30', juxta veterum observationes et Calentos. verum anno 1716 obliquitatem zodiaci et Ecliptica inverit Dus Louvil 23°, 28', 24". anno 1740 deprehensa à à DDis Cassini et Deguroy 23°, 28', 32"; atq hinc Concluserunt variabilem è Ecliptica obliquitatem, eamq modo crescere, modo decrescere, modo stationariam ès.

Inde Saltem Cœnes è 1° Solem qui in Ecliptica Sæu movetur, ab aequatore ò declinare sive versus partem mundi meridionalem, sive versus partem Septentrionalem, nisi 23°, 30' circiter. 2° zodiaci et Ecliptica pòlos à polis mundi distare 23°, 30' circiter; totid. ein gradib. zodiacus et Ecliptica ab aequatore hinc et indè discedunt.

Zodiacus et Ecliptica in duodecim partes aequales dividuntur, quarum ùq Constat 30°; nam 12 × 30 = 360°, integer zodiaci et Ecliptica ambitus.

Duodecim illæ partes, duodecim signa dicuntur et sequentib. expimi solent veribus

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq, Scorpius, arcitenens, Caper, amphora, pisces,
unicuiq signo respondet Constellatio ejusd. nominis.

Sol singulis annis motu proprio emetitur Ecliptica, ergo 12 signa percurrit. annus enim continet 365 dies et 6 ferè horas, è 6 hora quater repetita, efficiunt — diem unadem, seu 24 horas, unde singulis quatuor annis habetur annus bisextilis, qui continet 366 dies. singulis igitur diebus Sol circiter unum signum — percurrit, et singulis diebus circiter unum Ecliptica gradum.

Corollaria

1.um

1309. igitur duodecim signa duodecim respondent mensibus nempè

Aries Martio, Aprili Taurus, Gemini Maio, Junio Cancer, Leo Julio, Augusto Virgo, Libra Septembri, octobri Scorpius, arcitenens novembri, decembri Caper, Amphora Januario, Februario pisces.

1310. Nota. Cum dicitur signa variis anni mensibus respondere, è intelligitur integrum signum intra mensem à Sole percurri, sed intelligitur duntaxat solum hoc vel illo mense, hoc vel illud ingredi signum. v.g., licet mensi Martio aries respondere dicatur, Sol tamen — prædicto mense Arietem è ènio percurrit; signum ten illud è ingreditur nisi sub finem martii.

2.um.

1311. igitur signa illa quatuor diversis respondent — anni temperatis; tria nempè, Aries, Taurus et Gemini sunt signa verna; tria æstiva, scil. Cancer, Leo, Virgo; tria ad autumnum attinent, Libra nimirum, Scorpius et Sagittarius; tria tandem sunt hiemalia, Capricornus amphora, pisces.

3.um.

1312. igitur primi gradus arieti, Cancri, Libra et — Capricorni habentur ut puncta Cardinalia, quia à hyems

incipiunt quatuor anni tempestates Ver, Aestas, Autumnus, et hyems.

Num.

1313. hinc aries dicitur signum aequinoctiale vernum, quia quando Sol versatur in puncto Arietis in quo ab Ecliptica secatur aequator, adest aequinoctium vernum.

Libra dicitur signum Autumnale, quia quando Sol versatur in puncto Libra, in quo Ecliptica tangit aequatorem habetur aequinoctium autumnale.

Cancer è signum solstitiale aestivum, quia sub hoc signo contingit solstitium.

Similitaud- ratione Capricornus dicitur solstitium solstitiale hiemale.

Solstitium derivatur à verbo stare; veruntamen tunc Sol paucis diebus videtur stare, id è nec accedere ad aequatorem, nec ab eo recedere, sed oriri et occidere in iisd- horizontis punctis. Tempore solstitii aestivi dies sunt respectu nostri omnium longissimi, quia tunc Sol ad nostrum Zenith quantum fit accedit. Dies autem omnium sunt brevissimi in solstitio hiemali, quia tunc Sol à nostro vertice quantum fit, recedit.

Sum.

1314. ex duodecim signis sex dicuntur septentrionalia, sex meridionalia. priora reperiuntur in parte septentrionali et priori veris continentur: posteriora autem in parte meridionali et posteriori veris exprimuntur.

6um

1315. hinc sex dicuntur ascendentia, quia quando Sol illa percurrit, magis ac magis supra horizontem attollitur et ad nostrum verticem accedit. Sex alia dicuntur descendentia, quia quando Sol illa percurrit à nostro vertice perpetuò recedit, et magis magisq; in fra horizontem deprimitur. Ascendentia signa sunt Caper, Aquarius, pisces, —

Aries, Taurus et Gemini: dependentia sunt Cancer, Leo, Virgo, Scorpius et Sagittarius.

Duo Colures.

1316. Sic dicti, quia in sphærâ obliquâ, ut nobis è, nunquam integri apparent adeòq mutili videntur, sunt duo circuli magni qui se se intersecant ad angulos rectos in duob mundi polis.

unus vocatur Colurus æquinoctiorum, quia Zodiacum in Ariete et Libra duob æquinoctiorum punctis secat. altero dicitur Colurus Solstitiorum, quia Zodiacum secat in duob Solstitiorum punctis, nempe Cancro et Capricorno.

Colurorum præcipua utilitas è, ut alios sphæræ Circulos sustineant; quamquam tamen inservunt etiam ad determinanda Solstitiorum puncta, modo determinata habentes puncta æquinoctialia, cum utraque Longitudine sumpta à se invicem distent nonaginta gradib.

Paragraphus 2us

De Minorib Sphæræ Circulis.

Duo Tropici.

1317. Sic dicti à verbo Græco, Trepo Latinè verto, quia ad eos vix devenit Sol, cum ad æquatorem revertitur; æquatori paralleli sunt et ab eo distantes vigenti trib gradib, et trigenta minutis. quare spatium inter duos tropicos comprehensum è 47°.

unus dicitur Tropicus Cancri, quia Sol ipsum describens reperitur in Signo Cancri, altero tropicus Capricorni, quia quando Sol illum describit reperitur in Signo Capricorni. nobis, qui propè tropicum Cancri constituimur,

diesē anni longissimus, cum Sol hunc percurrit circulum, quia maxima pars diurna Solis conversionis supra horizontem nostrum agitur. Cum autem Sol respondet tropico Capricorni, venit hiems et dies eorum brevissimus, quia tunc magis obliquè ad nos dirigunto radii Solares et maxima pars conversionis diurna Solis infra horizontem absolvitur.

Scil. Longissimus anni diesē 21m Junii; brevissimus 21m Decembris.

Cum tropicis respondet Sol, ē 2 tiam Solstitium, quia ob maximam diurnarum Solis conversionum obliquitatem supra aequatorem, videtur a liquot diebus in eadem ab aequatore circulari distantia.

Quando ex declinatione Solis ad tropicos et subsequenti ad aequatorem reversione fit ut per annum variento puncta ortus et occasus. in hiema scil. ortus ad meridiem magis accedit, quia Sol propè Australem Capricorni tropicum variatur; estivo autem tempore ad Boream magis accedit ortus. puncta Veri ortus et occasus, ex jam dictis, aequinoctiorum puncta sunt. in quibus ab austro et Septentrione, aequaliter distat Sol.

Duo polares.

1318. Sic dicti, quia ad mundi polos accedunt, aequatori et sibi invicem sunt parralleli.

à polis Ecliptica circa mundi axem motu describi intelligunto.

. ab aequatore distant 60°, 30': à tropicis 23°: à polis mundi 23°, 31' circiter; tantum ēm Ecliptica inclinatur relativè ad aequatorem.

unus versus polum arcticum, idcirco dicitur polaris Arcticus; alter versus polum antarcticum idcirco nuncupatur polaris Antarcticus.

polarium ope et tropicorum distinguuntur zonæ terrestres quinq numerantur, zona torrida, frigidæ duæ, duæ temperatæ.

Zona torrida comprehendit spatium inter æquatorem et duos tropicos hinc et indè; adeòq continet 47°. dicitur torrida, quia flammentis soli perpetuò subjacet.

Zonæ frigidæ, aut glaciales, continent spatia inter polares et polos hinc et indè comprehensa. glaciales vocantur, quia pèr eàm minimam solis distantiam maximis constringuntur frigoribus.

Verum cùm ô è quod à poetis olim decantabatur et ab aliquibus fabro credebatur, frigidas zonas ob nimium frigus et zonam torridam ob nimium ortum è penitus inhabitabiles.

Zona temperata continent spatia inter tropicos et polares hinc et indè comprehensa. una è qtu meridionalis è, septentrionalis altera, in quâ versamur. dicuntur temperatæ, quia pèr mediocrem solis distantiam, neq nimiis vigent frigoribus, neq calorib excessivis comburuntur.

totidem sunt zonæ cælestes et à se invicem eod modò distinguuntur.

Paragraphus 8.us

De vario Sphæræ situ.

1319. triplex è, rectus, obliquus et parallelus.

Recta dicitur sphæra, cum æquator horizontem perpendiculariter secat: obliqua, si æquator obliquè secet horizontem: parallela, si æquator sit horizonti parallelus.

Qui sub æquatore versantur rectam habent sphæram, cumq respectu poli mundi in ipso sint horizonte; undè si duob polis annexæ forent duæ stellæ, earum ope duos polos conspicere pnt.

Vident ōes Stellas oriri et occidere: Singulis annis, eorum vertici Sol bis perpendicularis ē; cum nempe æquatorem describit sub finem Martii et Septembris.

Dies habent noctib' spes æquales, quia diurni ōes circuli in duas partes æquales eorum respectu ab horizonte dividuntur. mutant singulis annis polum meridionalem; ille sēm polus dicitur meridionalis, versus quem dirigimus oculos ut Solem in meridiano videamus. porrò quandò Sol ē in tropico Cancri aut versus hunc tropicum, ut Solem in meridiano videant, oculos convertunt in polum arcticum, adeoindè tunc arcticus polus eorum respectu ē polus meridionalis: quandò ō Sol ē in tropico Capricorni aut versus hunc tropicum, oculos convertunt in polum Antarcticum ut Solem in meridiano intueantur, adeoq' tunc polus antarcticus ē eorum respectu polus meridionalis.

1320. populi, qui æquatorem inter et polos versantur sphæroram habent obliquam: eorum respectu supra horizontem ē polus unus, alter infra horizontem.

Dies ō æquales sunt noctib', nisi quando Sol æquatorem describit, quia, excepto æquatore, ōes circuli diurni in duas partes inæquales eorum respectu ab horizonte dividuntur.

Quomagis obliqua ē sphæra, sive quò altius unus è polis supra horizontem attollitur, eò magis inæquales sunt diurnorum circulorum divisiones; ēqto majores dierum et noctium inæqualitates.

Hinc qui sub polarib' commorantur, unum singulis annis diem habent 24 horarum, et noctem unam 24 horarum. vg, qui sub polari Arctico versantur diem habent 24 horarum, quando Sol ē in tropico Cancri; ille sēm tropicus ōinò ē supra eorum horizontem: pariter noctem habent 24 horarum, quando Sol describit tropicum Capricorni, quia tropicus ille ē infra eorum horizontem ōinò depressus.

Contrariò qui sub polari Antarctico versantur, — diem habent 24 horarum, quandò Sol tropicum Capricorni describit, noctemq̃ 24 horarum, quando Sol describit tropicum Cancri.

Ipsiusq̃ latitudinem, populi qui ultra polares existunt diem habent plurium hebdomadarum, imò plurium mensium, prout ad polos accedunt; qui ẽm subipsis polis vitam agerent, diem haberent sex mensium et noctem totidem mensium; undè intra annum diem unicum unicamq̃ noctem haberent.

1321. Qui sub polis versarentur, sphæram parallelam haberent, aut eorum respectu æquator ẽt horizonti parallelus in unumq̃ circulum confunderentur.

unum tantum diem noctemq̃ unam haberent singulis annis; nempè dies illuceret populis qui sub polo arctico, existerent, quando Sol accedere incipit ad tropicum Cancri et perseveraret donec Sol ab ipso tropico ad æquatorem ẽt reversus. Nãq̃ quod, diurni ẽs circuli æquatorem inter et tropicum Cancri comprehensi supra eorum horizontem elevarentur. in hoc ãm spatio conficiendo Sol sex mensibus mensis; q̃ toto illo tpore ipsis illuceret. noxq̃ ipsis ẽt, quando Sol ab æquatore ad tropicum Capricorni progreditur et ab isto tropico ad æquatorem redit. ẽs sẽm circuli diurni æquatorem inter et tropicum Capricorni interepti ẽnt infra eorum horizontem. in hoc ãm spatio conficiendo sex mensibus insumit Sol; q̃ toto illo tpore ẽt infra horizontem depressus.

Id à contrario dicendum ẽ de ipsis, qui sub polo antarctico in societates adunarentur aut solivagi viverent.

1322. observandum ẽ diversos terræ ipsos diversis affici nominibus prosario eorum ad nos respectu.

qui scilicet nobis opponuntur, nostri dicuntur antipodes.

nostri igitur Antipodes ō tantum sunt in hemisphario terræ inferiori respectu nostri, sed etiam versus polum oppositum in eod. latitudinis gradu (supponendo nempe terram accuratè sphæricam). itaq. ipsis nox ē, cum dies lucet respectu nostri, et cum æstate vecreamus apud ipsos fuerit hiems.

Quiversanto sub eod. latitudinis gradu, sed sub diversis meridiani semicirculis, dicuntur periœci. totum discrimen ipsos inter et nos ē quod dum luce vecreamus, noctis immergantur tenebris, et reciprocè. eard. ac nos temperatos habent, ver, æstatem, automnum et hiemem. eard. ac nos horas numerant, contrario ō ordine; id ē si nobis meridies sit, apud illos media nox ē.

Qui versanto sub eod. hemisphario et eod. meridionali circulo, sed in variis terræ plagis ab æquatore hinc et indè distantib. æqualiter, dicuntur Antœcii. nostri igitur Antœcii versanto in eod. latitudinis gradu, sed meridionali.

Nobiscum habent meridiem, mediam noctem aliasq. noctis et diei horas. eard. tjestatum vicissitudines, cum hoc solo discrimine quod æstate fruantur, cum hiems et frigus apud nos deveniunt, et reciprocè.

Scholium.

1323. De cælestis terrestrisq. sphæræ circulis sicut diximus, quia sibi mutuo correspondent et eod. modo definiuntur.

1324. alii sunt circuli, qui in sphæra armillari ō repræsentantur et qui in majores et minores distribuuntur.

Majorum præcipui sunt circuli azimutales; minorum autem præcipui sunt circuli almicantarati.

Azimutales, seu verticales, per zenith et nadir transeunt: tot concipiuntur quot horizontis puncta cui sunt perpendiculares. cujus meridianus loci cujuslibet unus ē

è Circulis Loci verticalib. notandus proserium Circulus verticalis qui primus dicitur: Ale é qui transit per meridiani polos et ipsi ac horizonti ꝓpendicularis é.

Asimutales Circuli inservient ad inveniendo Sydera altitudini, quippe é arcus Circuli verticalis interceptus inter horizontem et Sidus. Si Sydus in Meridiano reperiatur, meridiana dicitur ejus altitudo.

Circuli Almicantarati horizonti paralleli sunt, adeoq decrescentes quo magis ab horizonte distant. Circulos verticales secant ꝓpendiculariter. Morum ope determinatur respectiva astrorum altitudo; Sydera ilis é in plano ejusd. Almicantarati existunt, eamd. habent altitudinem.

Sectio 2.a

De artificiali globo terrestri.

1325. globus ille é Convexa Sphæra Superficies in quâ præcipua terræ loca, servatis ꝓportionalib. eorum distantiis, designantur, et Circuli quos in Sphæra armillari concipimus.

Inservit artificialis globus terraqueus solvendis variis problematib., é plurima jam solvimus explicando armillarem Sphæram. unum tamen adjicimus.

Problema.

1326. Lineam meridianam invenire.

Solúo.

Eligendum é planum perfectè horizontale, in eoq punctum aliquod C, ex quo plures Circumferentiæ AB, 26 describentur. Erigatur deindè ꝓpendicularitèr in puncto C Stilus aliquis. his sic præparatis observabitur 15.o die



ante et post solstitia trib. circiter horis ante meridiem, in quo unius circuli puncto terminetur umbra; illudq. punctum diligenter notabitur. Supponamus ea punctum A: postea, post meridiem trib. circiter horis notabitur punctum ejusd. circumferentiæ in quo terminabitur umbra stili; supponatur ea punctum B. inter hæc duo puncta intercipitur arcus AB, qui si dividatur æqualiter in puncto D, itaut ex puncto C ad punctum D ducatur linea recta, ipsa erit meridiana, quotiesq. umbra stili in eam incidet, meridies erit.

Dicto. in duob. instantib. notatæ fuerunt umbrarum extremitates; umbræ stili erant æquales, ac proinde duæ verticales AC et BC in quib. versabatur sol, æqualiter à meridiano distant; itaq. si arcus AB in duas partes æquales dividatur, intersectionis punctum D unum erit ex meridiani punctis sed centrum C è stilum unum è punctis ejusd. meridiana; si quid exhibet punctum Zenith pro quod meridi-

annus debet necessario transire; q̃ linea ē per puncta C et D transit, ipsa ē meridiana.

Scholium.

1327. ō accurata est methodus per totum anni curriculum. Supponit enim Solis declinationem eand. manere per septem horas, quod tantum verum ē quindecim aut viginti diebus ante et post Solstitia, quia cum tunc Sol describat zodiaci arcum qui æquatori fere parallelus ē, ō procedit respectu æquatoris versus meridiem aut Boream: in aliis ō temporibus suam mutat declinationem, quia describit arcum obliquum.

Sectio 2a

Astronomia Physica.

1328. tota ē in explicandis Cælestium Corporum phænomenis, ejusq̃ duplex erit Sectio.

Sectio 1a

De opticis mundi Systematibus.

1329. per Systema hoc loco intelligimus quandam universi partium dispositionem explicandis motibus Cælestibusq̃ phænomenis accommodatam, aptam ve hypothesim ad generatiora Cœli phænomena secundum certas motus leges explicanda.

1330. principia, et quorum explicatio continet Cæterorum

incoatam quamdam explicationem sunt

1º quotidianus Solis et omnium astrorum motus circa terram ab oriente ad occidentem et secundum circulos æquatori ferè parallelos. dico, ferè parallelos æquatori; quia Sol ō verò describit circulos, sed spiram, in quâ vel ad nos quotidiè accedit, vel à nobis recedit uno zodiaci gradu, sive motus ille sit verus, sive apparens tantùm.

1331. 2º motus annuus Solis in ecliptica secundum ordinem zodiaci ab occidente ad orientem; quo motu quia spiralitè ō perfectè circularis, ferri videtur ab Austro ad Boream, alternatimq̄ à Borea ad Austrum, itaut paralleli plures faciat circumvolutiones ad Boream quam ad Austrum septem nempe vel octo.

1332. 3º Apogeum et perigeum Solis et omnium planetarum. Apogeum, idē, maximum eorum à terrâ distantia: perigeum, idē, minima eorum à terrâ distantia.

1333. 4º motus lunæ quotidianus ab oriente in occidentem intra horas circiter 24, et mensturnus ab oriente in occidentem ferè super sub ecliptica intra dies 27 et horas circiter 8; diversa ejus phases, eclipses, à ecliptica aberrationes accelerattio motus in conjunctionib et oppositionib

1334. 5º motus Veneris et mercurii circa solem ab occidente in orientem etiam in ecliptica, aut propè; eorum varia phases, cursus solem inter et terram frequentissimi, et ultra solem directiones, stationes, retrogradationes &c....

1335. 6º motus Martis, Jovis et Saturni etiam ab occidente in orientem et circa solem, itaut mars sole identid remotior videatur, propior identid; eorum planetarum cursus inter fixas et terram assidui, inter solem et terram nullus; directiones, stationes, retrogradationes, periodi satellitum Jovis et Saturni circa suos principes, &c...

1336. 7.° fixarum motus ab occidente in ortum; illius motus inæqualitas et inconstantia; tarditas in absolvendâ periodo, è ea è ut fixæ duos tantum gradus intra 200 annos videantur confiere, proindeq̃ vix fiat integram conversionem absolvere intra annos 36000. ubi notandum id motum hunc fixarum ab Astronomis vocari mutationem Longitudinis. quo Longitudinem v. gr. dicimus, intelligitur earum distantia à puncto in quo æquator et Ecliptica se se intersecant; eaq̃ distantia computatur ab occidente in orientem, olim à primo Arietis gradu, nunc ab initio Piscium, vel circiter.

1337. 8.° Declinatio Ecliptica vel potius mutatio è accidit in ejus inclinatione, inquirimus maxima ab æquatore distantia, è nunc è 23°. 30′, et Ptolomæi tyrocinio fuit 23° 52′.

1338. 9.° variationes è accidunt in apparenti Solis et Lunæ planetarum magnitudine. Sol semper major apparet, cum versatur in parte meridionali; Luna major in oppositionibus et circa tempus conjunctionum, quam in quadraturis; Mercurius et Venus cum longius à terrâ distant circa tempus oppositionum: Mars, Jupiter et Saturnus quando sunt retrogradi, hoc è, in suis oppositionibus, quando longissime à Sole distant. &c...

hæc sunt præcipua phænomena, quorum ad explicationem varia ab Astronomis excogitata fuerunt hypotheses, varia Systemata.

tria ante inprimis celebrantur, Ptolemaicum, Copernicanum et Tychonicum.

Ex ponemus 1.° hæc Systemata, et quomodo in singulis profata phænomena explicentur: 2.° ostendemus ipsa certa et evidentia, quorum auxilio potissimus verum aut saltem possibile systema invenire: 3.° ea systemata rejiciemus, è è videbuntur convenire aut cum observa-

tionib: Astronomorum, aut cum motibus legibus: 4.o denique illud Systema eligemus, quod facilioremque exhibebit ac simpliciorem phænomenorum explicationem.

Caput 1.um

Describitur Systema ptolemaicum.

1339. Ptolemæus, Alexandriæ in Ægypto astronomia laude floruit sub Antonino pio circa annum Christi 200. ut prædictorum phænomenorum rationem videret, multas finxit hypotheses, quibus et alias adjecerunt ejus Discipuli, ut supplerent à magistro relictas: eas tamen sub nomine Ptolomæi proponemus.

1340. 1.o Supponit terram in mundi centro immobilem, et circa ipsam stellas eas tum fixas, tum erraticas, — moveri ac gyrare, à solum ab oriente in occidentem motu communi, sed etiam ab occidente in orientem motu proprio.

1341. 2.o Supponit undecim ex cœlos hoc ordine dispositos: 1.o Cœlum Lunæ: 2.o Mercurii: 3.o Veneris: 4.o Solis: 5.o Martis: 6.o Jovis: 7.o Saturni: 8.o Cœlum fixarum, seu firmamentum: 9.o et 10 duo cristallina: 11.o primum mobile; ut delineato in subjectâ figurâ (f.a 2)

1342. 3.o Supponit eas planetas, qui ita vulgo nominantur, nempe Solem et Lunam, Venerem et Mercurium, — Martem, Jovem et Saturnum, inclusos in quo medium centrum, mundumque in circumferentia cujusdam circuli, quem appellat epicyclum, qui deferto, inquit, à cœlo cujusque planeto motu communi circa terram, — à cum ipse motu proprio vertitur circa suum centrum, itaque pars illius inferior et pars superior ferantur motibus

Fig.a 2.a

Contrariis, ut videre è in Subjecta figura, ubi ABC è Epicicles, DEF Cœlum planetam deferens, G ipse planeta-
~~vel~~ centrus in Epicicli circumferentia. (f.o 3.a)

1343. L.o Supponit praeterea oes planetas moveri in circulis terra Excentricis, seu qui o id habent Centrum ac terra, ut patet ex cad figura, ubi Centrum terra è T, Centrum Solis et planetarum S.



1544. 5.° Supponit primum mobile moveri ab ortu in occasum et secum abribere vi sui motus cælos cælos inferiores in eundem sensum, circa terram, intra horas 24, 56', 4''

1545. 6.° Supponit primum Cristallinum habere aliquam trepidationis motum quo assidue certo modo ab occidente in orientem, modo ab oriente in occidentem, sed tamen paulò majorem ab occidente in orientem.

1546. 7.° Supponit secundum Cristallinum habere motum quendam librationis modò à meridie ad septentrionem, modò à septentrione ad meridiem.

1547. 8.° Supponit cælos singulorum planetarum motum habere peculiarem et constantissimum ab occidente ad orientem, quo motu interdum aberrant in Eclyptica.

His praesupositis cælestia phaenomena ita explicant

1548. 1.° motum quotidianum Solis et omnium astrorum ab oriente ad occidentem per continuum impetum primi

mobilis, perindè ac si cum hoc Coelo Supremo Coeli ões inferiores clavis ferreis transfixi moverentur.

1349. 8.º motum annuum Solis omnq planetarum ab occidente in orientem circa terram, per motum illum peculiarem, quem eorum Coelis tribuit, ab occasu ad ortum, dum communi motu abripiuntur ab ortu ad occasum.

1350. 9.º fixarum motum ab occidente in orientem secundum circulos Ecliptico parallelos per istum trepidationis motum quem fingit ipsis communicari à primo Cristallino ab occasu ad ortum; et quia motus ille trepidationis primi Cristallini alternus è et inaequalis, sed crebrior et validior ad orientem quam ad occidentem, idcirco fixae ad ortum fernuntur inaequaliter, aliquando celerius, aliquando lentius, itant Christi typoribus factae sint magis orientales — gradibus 28.

1351. 1.º explicat motum Ecliptica versus aequatorem, sive mutationem declinationis Ecliptica per motum librationis quem supponit in 2.º Cristallino à meridie ad Septentrionem et alternatim, sed paulo validiorem à Septentrione ad meridiem, quam à meridie ad Septentrionem, unde fit ut Ecliptica gelatim accedat ad aequatorem

1352. 2.º apogeum et perigeum Solis omnq planetarum per excentricos circulos quos ab ipsis describi supponit; variationem eius frequentem in apparenti eorum magnitudine per mutationem eorum distantiae, à si major è, ut in apogeo, minores apparent; si minor, ut in perigeo, majores.

1353. 6.º directiones, stationes, et retrogradationes mercurii, Veneris, martis, Jovis et Saturni explicat per epicyclos, quos ipsis fingit, supponitq ita moveri, ut pars eorum superior — moveatur versus orientem, quandiu pars inferior moveatur versus occidentem, idq, tali motus servata proportione, ut epicycli — circumferentia multo celerius quam Coelum planetarum deferens moveatur: unde concludit, planetas directos videri debere, quando versantur in superiori epicycli parte,

quia tunc deferuntur versus orientem et motu sui Coeli et celeriore motu sui Epicycli; contrario retrogrados quando versantur in inferiore sui Epicycli parte, quia tunc à suo Epicyclo celerius deferuntur versus occidentem, quam à suo Cœlo versus orientem: Denique stationarios, — quando versantur in partibus intermediis sui Epicycli, quia tunc deferuntur in orientem sui Coeli motu tanta precisè celeritate, quanta in occidentem sui Epicycli motu. atque hinc pro una directione, vel retrogradatione, duæ sunt stationes.

1354. 7.° ut explicet cur Mars retrogradus majorem videatur zodiaci arcum describere quam Jupiter, Jupiter majorem quam Saturnus, martis Epicyclum supponit majorem quam Epicyclum Jovis, Jovis Epicyclum majorem quam Epicyclum Saturni.

1355. 8.° rationem reddit earum octo circumvolutionum, quas plures fecit Sol in parte boreali quam in australi, per Solis et terræ excentricitatem, quia terra è precisè è in centro Ecliptica, sed paulo magis ad meridiem vergens quam ad septentrionem; ac proindè major ad septentrionem extendit Ecliptica portio quam ad meridiem.

1356. 9.° ad explicandam Lunaris motus accelerationem in oppositionibus et conjunctionibus, iterum recurrit ad Epicyclos, quemadmodum et in cæteris planetis. Cum eo tantum discrimine, quod Luna Epicyclum jubeat movere in sensum aliis Epicycli contrarium, nempè in occidentem secundum partem superiorem, et in orientem secundum partem — inferiorem, ita ut lunaris Epicycli motus conspiret in oppositionibus et conjunctionibus cum Cœli lunaris motu: undè sequitur Lunæ acceleratio in oppositionibus et conjunctionibus, et retardatio in quadraturis.

1357. 10.° varias Lunæ phases, novilunium, plenilunium et quadraturas explicat ut alii Astronomi, per ejus opacitatem.



Sistema
Copernicanum

au Chinois

hinc liquet patet, Lunam Lucidam videri ó debere ex ea parte, ó Soli é obversa; et quia partem hanc nobis totam ó ipso ostendit, sed majorem vel minorem, prout à Sole magis minusve recedit, idcircò nobis crescit ac decrescit, plena interdum, interdum nulla, sive Eclipsim patiatur ipse oppositionib, sive partem à Sole illuminatam nobis abscondat in Conjunctionib.

1358. 11.° multa recentes in Coelo Telescopiorum ope detecta sunt ó à ptolemaeo ignorabantur. 1.° motus Solis circa suum centrum; 2.° motus veneris et Mercurii circa Solem; 3.° diversa veneris ac mercurii phases Lunarib plane similes; 4.° Jovis et Saturni satellites; 5.° Mars nobis aliquando ópior quam Sol, ipse nempe in oppositionib, nunquam in Conjunctionib; &c... &c... ó ut Explicaremus in ptolemaico Systemate novas fingere oportebat hypotheses et quasdam ex veterib rejendere, vel saltem emendare. Conclusionem deducendam relinquo.

Caput 2.um

Describitur Systema Copernicanum.

1359. Nicolaus Copernicus, Celeberrimus Medicus, Mathematicus, Astronomus et Canonicus Varmiensis in Germania, circa medium Saeculi decimi sexti, maximam vitae partem in astronomicis Commorpit observaónib. Cum vidisset in ptolemaico Systemate incerta ee óia et intricata, ipsumq Systema suppositionum multitudine ó modò memoriam obruere, sed et actionem nóa simplicem, aequabilem, generalem sibiq constantissimam subvertere, novam excogitavit hypothesim, quâ facilius óia Coeli phaenomena explicaret.

1360 in suo Systemate tres tantum sunt suppositiones simplicissimae, nempe 1.° Solé in sinibili mundi Centro quiri stella fixa, ipsiq circulariter moveto circa

suum axem ab occidente in orientem, ut mutabilibus ejus maculis constat. Stellæ etiam totid- sunt soles immoti, circa quos verisimiliter gyrant planetæ — iis similes quos Sol noster illustrat et calefacit.

1361. 2° Circa solem peragitur revolutio sex planetarum principium, Mercurii, Veneris, terræ, martis, Jovis et Saturni. terra unam habet lunam, seu satellitem; quatuor Jupiter; Saturnus quinq; & singulatim revolutiones perficiunt circa suum planetam, dum eas secum ipse abripiens suam absolvit revolutionem magis vel minus lentam circa solem.

1362. 3° terra tres habet motus diversos, diurnum unum ab occasu in ortum circa suum axem sibi spes parallelum motum annuum in Ecliptica juxta seriem signorum: motum tand' retrogradum in oib- punctis suæ moles et in linea Ecliptica parallela; tertius iste motus in finita lentus é.

hæc tota é Copernici hypothesis, quam apid no 30 annorum labore perfecit, et in quâ sic explicat varia — cœli phænomena.

Primo diurnus cœlorum motus ab ortu in occasum.

1363. ó vealis é ille motus, inquit Canonicus Varmiensis, sed apparens solum, ex eo oriundus quod terra ab occasu in ortum circa suum axem dictum ó ní Convertatur 23 horis, 57 minutis, & secundis. minimum sic moveri ó pnnt terricolæ, quin sidera primum ad horizontem conspecta et deinde in zenith tand' disparent; quin varia cœlorum partes primum occultæ terricolarum aspectib- successive offerantur. Jam ó ita disparentib- quibusdam astris aliisq' deinde affulgentib- inde concludere promptum é cœlos circa terram revolvi ab oriente ad occidentem. ita hó circa seipsum

vapidissimè converso ambientia Ejora in sinistrum oppositum videntur moveri. id Ex optica legibus sequitur; atq; eadem ratione terricolis quotidiè ab occasu in ortum cum globo abrejtis Sol et alia Sydera debent quotidiè ab ortu in occasum revoluta videri.

ut verò subjijsis oculis ponamus, sit ABD tellus dictum mota circa suum axem BA Coeli punctum P verticientem, DE parallelus quem diurno terra motu describit punctum D; F, Sphaera Coelestis punctum, quod verticaliter respondet puncto D; G punctum, quod verticaliter respondet puncto E; linea CDF transiens per zenith F puncti D moveto cum eod^m puncto circa centrum C et axem AB, et punctum F illius lineae Coelestem describit circulum parallelum circulo ED quem delineat punctum D; igitur punctum F 24 horis, occurrit oib^s Coeli punctis, & supra parallelum FHG reperiuntur, et singula ad zenith observatoris in puncto D positi —



fig.^a 5^a

C:

videntur successivè venire. Cum autem spectator signum suum Zenith immotum judicat, apparentias illas Cœlestium Corporum motui ascribit.

Secundo annus Solis in otio in Zodiaco.

1364. Mera è etiam apparentia. tellus scilicet quotidie supra se gyrans, et interim in Zodiaco abrepta circa Solem ab occasu in ortum progreditur, conversionem annuatim absolvens, eo ferè modo quo supra planum procedit globus circa se interea revolutus. Ô ut cum terra in Zodiaco secundum seriem signorum dictum spatiari, quin Sol videatur Zodiacum secundum signorum etiam ordinem percurrere; Solem cum suo debemus ad Cœli puncta referre in diametraliter opposita, in quibus constituimur. quamobrem si tellus in ariete existat, Sol ad libram referetur; in tauro referet Solem ad scorpium; tandem cum ad libram devenerit, Sol in ariete reputabitur, ita ut quando terra percurrat signa meridionalia, septentrionalibus correspondebit Sol, et vice versâ.

1365. Sic Sol judicatur Zodiacum intra annum percurrere eundo ab occasu in ortum.

1366. Item anno terræ motu in Ecliptica ab occasu in ortum fit ut stellæ fixæ nobis videantur ab occasu in ortum moveri annuatimque periodum circa axem Ecliptica perragere: ea inquam, vâ è cum pleiades, v.g., pluribus noctibus observata singulis noctibus fieri videantur occidentaliores.

Scholium.

1367. Notandum autem Solem ô è procinè in medio Ulyssis quam circa ipsum describit terra, sed portionem è versus et meridionalibus signis è pauloinajorem, quamquæ versus septentrionalia, atque huic

Corollaria

1.mum

1368. Cum Sol, ex dictis, ad Borealia Signa referatur, quandiu australia percurrit tellus, debet Sol videri novem circiter diebus, ab æquinoctio verno ad autumnale, diutius in Signis Borealibus immorari, quam in australibus, 1.º quia respectu Solis orbita terræ majori ex parte australis est; 2.º quia terra à Sole magis distans minorem habet velocitatem, cum planetæ velocitas in variis suæ orbitæ punctis sit in ratione vectorum radiorum inversâ, ut demonstravimus ( ).

2.um

1369. Sol hiemes perigeus et apogeus æstate, quia, hiemes, in parte Septentrionali versatur terra, et ita propior est fomiti in quo videt Sol: æstate autem tellus in meridionali parte constituta ab eodem fomite remotior est.

3.um

1370. apparens Solis diameter, hiemes, major est quam æstate, quia hiemes nobis est propinquior; nam hiemes in Capricorno videtur, et terra in Cancro existit Soli adeoque propior, cum minor pars orbitæ terrestris sit versus Cancrum.

4.um

1371. velocior hiemes videtur Sol quam in solstitio æstivo, mediocriter velox ante autumnale et vernum æquinoctium, tandem post æstivum solstitium tardissimus, quia Sol debet velocior videri, quando terra velocius movetur, cum ad extremitatem vernalis radii spei referatur; mediocriter velox, quando terra media velocitate fertur; tardissimus, cum terra lento ac veluti testudineo gradu procedit: porro telluris hiemes maxima est velocitas; mediocris ante æquinoctia;

ortate tandem lentissima; quia hiems terrae in perihelio, in aequinoctiis in media sphaerae distantia; tandem aphelia aestate, unde gravitas qua ad solem tendit in perihelio magis conspirat cum proprio terrae motu; minuunt aequinoctia, minime in aphelio, ut deinceps suo loco detrahimus

tertio temperatum vicissitudines

1372. Copernicani ponunt telluris axem supra Ecliptica inclinatum ex 23 circiter gradibus et tribus minutis, sibi tamen semper parallelum; et sic temperates explicant.

1° terra in libra videt solem in signo arietis: tunc ver incipit et duo terrae poli a se distant aequaliter; quamobrem cum terrae dimidia pars a sole illuminetur, circulus lucis terminator transit per polos terrae ejusque axis reperitur in plano circuli terminatoris, qui proinde aequatorem et ejus parallelos secat in duas partes aequales, illuminatam unam alteram obscuram; et hinc aequinoctium ubique terrarum.

